e-codices

Qui me misit me ad vos. Videbimus
ergo eum sicuti est. quando hunc in ipsa
diuinitatis suae substantia contemplabimur.
quod in hac vita nulli prorsus electorum
conceditur. cum etiam ipse legis lator. dominum quem
in angelica specie contemplari solebat ob
secrans dicat. Domine. ostende mihi te
met ipsum. ut uideam te. Ab eodem domino au
dierit. Nemo uidebit faciem meam et ui
uet. Cui tamen pro merito magnae sanctitatis
ait. Ostendam omne bonum tibi. Hinc
et paulus ait. Nunc videmus per speculum
et in enigmate. tunc autem facie ad faciem
Unde quod responsum est moysi verum est. quia
nemo potest faciem dei uidere et uiuere.
Id est nemo potest eum in hac vita uiuens

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%20234 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%20234)